

partes; *Animã* autẽ *rationalem* statui rectẽ efficiẽtem A.M. causãam  
extra controversiam est. Modò enim præmonui, de iis actionibus  
sermonem mihi futurum, quæ hominĩ, quatenus homo, sunt pro-  
priae. Quoniam itaq; homo per rationalem animam est homo,  
eccui alii principio adsignanda erit efficiendi moralium actionũ  
vis, quàm animæ ratione præditæ? Ea verò curatoriũ iudicio o-  
pus disquisitionis habet, cuiusmodi potentiarum rationalis animæ  
vendicanda veniat ratio efficiendi moralem actum? Ac pro *in-*  
*tellectu* quidem haud pauci decertant, iis cum maximè moti ra-  
tionibus, quod voluntas nunquam feratur in incognitum, sed in-  
tellectũs operã necessariò indigeat, qui objectum eidem offerat,  
formalem bonitatis rationem in eo ostendat, media ad obtinen-  
dum finem idonea & sufficientia, subministret, ac de illorum ha-  
bitudinẽ ferat iudicium, & deniq; voluntatem ipsam suò modò  
determinet. Verum enim verò, quamvis hæc omnia, si cum grano  
salis accipiantur, sano sensu concedere possim, inde tamen neu-  
riquam inferri potest, intellectum esse veram & adæquatam effi-  
ciendarum moralium actionum causãam. Largimur facile hæc  
munia intellectui, quibus in voluntatis fungitur usum, & ea pro-  
pter ejus concursum ad voluntatis actus eliciendos ipsimet *ante-*  
*cedenter* ac *presuppositivè* requirimus, efficientem verò, ac *primò*  
*causalem influxum* ei denegamus. Sed nec *determinari* ab intellectu  
voluntas dicitur rectẽ, nisi id intelligas non *quoad exercitium a-*  
*ctus* sed *eiusdem specificationem*, de quã tamen mihi hic non est ser-  
mo; ac tum determinationem capias *pro motione aliquã volunta-*  
*ris*, concurrente ad ejus actus non *effectivè*; sed modò *finaliter*.  
Id quòd calculò suò confirmat *Thomas 1. 2. quest. 9. articul. 1. se-*  
*q̃* *à se ipsã; sed ab intellectu quidem movetur secundum rationem*  
*objecti, à seipsã verò quantum ad exercitium actus, secundum ratio-*  
*nem finis.*

VI. Innuimus modò, quòd *voluntas* seipsam quoad exerci-  
tium actus moveat: quã motione tangit quoq; non saltem *poten-*  
*tias sibi subjectas*, sed ipsam etiam *intelligendi facultatem, quoad ex-*  
*ercitium*. Unde sequitur, quòd *proxima A.M. causa efficiens meri-*  
*tò* statuatur. Nam quoniam, *nullo interveniente alio*, movet hu-  
manæ